

# **Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 412**

Commemoratio quidam presbiter Sigifuns suam iam dudum factam traditionem in loco nuncupato Puppininga iterum restauravit et hoc cum suo wadio in manus Hrodolfi presbiteri statuit, quatenus potestativa manu vestituram cum omni integritate domui sanctae Mariae laxaret, quod ita perfecit. Praedictus Hrodolfus venit ad domum beate dei geneticis in castro sito Frigisinga et cum I orario dimisit et reddidit in altare sanctae Mariae. Et Sigiperht. Pernolf. Haholf. Isancrim. Amphi. Kaganhart. Engilpoto. Uuichart. Kisalfrid. Cundheri. Uuicpald. Hoc anno beatissimi ac gloriosissimi Hloduuuici imperatoris regnum regente VI. indictione XII.